Fragmentarium

uerum est

prophete et lex: usque ad iohan
nem prophetauerunt. Et si uul
tis recipere: ipse est helyas ..
qui habet aures audiendi
audiat. fer. vi. sec. marc.
Initium euangelii ihesu christi
filii dei: sicut scriptum est in
ysaia propheta. Ecce ego mit
to angelum meum ante faciem
tuam qui preparabit uiam tuam
ante te. Vox clamantis in
deserto: parate uiam domini rec
tas facite semitas eius. Fuit
iohannes in deserto baptizans:
et predicans baptismum pe
nitentie in remissionem pec
catorum. Et egrediebatur ad il
lum omnis iudee regio et ihe
rosolimite uniuersi et bapti
zabantur ab illo in iordane
flumine. confitentes peccata su
a. Et erat iohannes uestitus pi
lis cameli: et zona pellicia
circa lumbos eius. et locustas
et mel siluestre edebat. et predi
cabat dicens. Venit fortior
me post me: cuius non sum dig
nus procumbens soluere corri
giam calciamentorum eius. Ego bap
tizo uos aqua ille uero

baptizabit uos spiritu

Gaudete in do
mino semper iterum dico gaude
te modestia uestra nota sit
hominibus dominus
prope est nichil solliciti si
tis sed in omni oratione
et petitiones uestre innotescant
apud deum. ps. Et pax dei que
exuperat omnem sensum custodiat
corda uestra ad intelligentiam.

Aurem coll.
tuam quesumus ... uitas. euouae
domine precibus nostris accommoda:
et mentis nostre tenebras gratie
tue uisitationis illustra.
Qui uiuis. Ad corinth.
Fratres: Sic nos existimet
homo ut ministros christi: et
dispensatores misteriorum dei.

License: public_domain – Turnhout, Stadsarchief Turnhout, 30040409, fol. [1]v – Noted missal
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-uq18/10610/77143)